



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 25. Fridericus Palatinus novas res molitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. „Cæsar, quam ipsemet Elector hisce re-
 A. C. 1622. „bellibus sectæ libertatem, dummodo
 „resipiscerent, toties incassum obtulif-
 „sent: econtra autem Imperator om-
 „nibus ad ejus obsequium reversis e-
 „tiamnum liberum Religionis exerci-
 „citium permittat. „ His præmissis
 ipsemet Cæsar Electorem rogabat, ut
 ad Conventum Ratisbonæ indictum
 sese accingeret, eoquod multa ibidem
 componi possent, Cæsarque de causa
 Religionis in Bohemia cum Electore
 transigere paratus foret, ipse vero ex-
 perturus esset, Cæsarem non adeo esse
 ab officio & favore ipsius alienum, quin
 facti sui rationem reddere, atque Ele-
 ctori in omnibus salva æquitate satis-
 facere vellet.

§. XXV.

*Fridericus Palatinus novas res mo-
litus.*

Lotich. rer. Quantumvis Fridericus Palatinus non
Germ. l. 12. ita pridem Mansfeldium sacramen-
cap. 12. to solvisset, hacque ratione ad proxi-
 mam reconciliationem sibi viam stra-
 vissset, nihilominus quietis impatiens,
 denuo Mansfeldium ad novas turbas
 in Imperio concitandas instigabat. Hic
 igitur junctis sibi Brunvicensis copiis,
 Monasteriensem Episcopatum invast,
 captis-

captisque quibusdam oppidis totam, Sæc. XVII. A. C. 1622.
 qua late patet, regionem, exactionibus, spoliis & incendiis pro more suo
 depopulatus est: inde Batavorum impulsu in Frisiam Orientalem opimam
 Regionem irrupit: Hujus ausu animatus Fridericus, cognito, quod Imperator
 ad comitia Ratisbonæ celebranda festinaret, literas ad Joannem Georgium
 Saxonæ Electorem dedit, quibus eundem rogabat, quatenus præpedire
 vellet, ne in hisce comitiis quicquam Imperii Constitutionibus, &
 Germaniæ libertati adversum decerneretur, aut Catholici in Imperii
 constitutionibus potiora Lutheranis suffragia haberent; si enim Papæ
 Nuntius & Hispaniæ Orator Religionem Protestantium abolere, &
 Protestantes opprimere, Cæsareas leges enervare, novumque jugum
 Germaniæ imponere attentaturi essent, pro præpediendi ejusmodi
 oppressionis sanguinem suum profunderè paratus foret: de cetero
 autem Electorem rogabat, quatenus sua auctoritate Cæsarem
 eo inclinare vellet, ut ipse concessa præteritorum oblivione,
 redditisque, ut ante belli tumultus possederat, ditionibus in
 Cæsaris gratiam reciperetur, cum id unicum pacis Imperio
 reddendæ medium foret, nec ipse

Sæc. XVII., „ipse hujus gratiæ magis dignus, quam
A. C. 1622., „Bethlenius videretur, Electorali au-
 „tem sua dignitate spoliari, aut in ex-
 „terum transferri, nunquam passurus
 „esset, cum omnia adversus se atten-
 „tata divino & humano juri adversa-
 „rentur.,,

§. XXVI.

*Quædam propositiones a Facultate
 Theologica Parisiensi pro-
 scriptæ.*

*Argentoré
 tom. 2. Col-
 lect. Jud.
 pag. 132.*

Hoc item anno die quarta Januarii re-
 ferentibus quibusdam Sorbonæ
 Doctoribus Facultas Theologica cen-
 suit, discutiendum esse librum quem-
 dam a FF. Minimis compositum, in
 quo hi populum admonuisse diceban-
 tur, ut confessionem & Sacram Com-
 munionem in solemnioribus anni festis
 extra Parochias peragant: Præterea
 accusabantur, quod foeminis conjuga-
 tis vota inconsultis suis Maritis emit-
 tere consulissent: Die autem duode-
 cima Maij Bessæus Facultatis Syndi-
 cus retulit, quod Frater Rodericus
 Lusitanus Ordinis FF. Minorum de ob-
 servantia librum: cui titulus *Quæstio-
 nes regulares*, unacum ejusdem libri
 compendio ediderit, in quo tamen
 quædam continerentur propositiones
 Paro-